



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

4. Quibus modis vsusfructus finiatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

testatoris, si illius hereditas huic satisfactioni non suppetit; quia usufructus vepote quoddam legatum subfistere nequit, nisi aere alieno deducto, & quatenus inde residuum fuerit. Vt probat lex usufructu bonorum. ff. Ad leg. Falcidiam. Et lex final. ff. de usufructu legato, & consilium Barbat. conf. 36. in 3. quast. volum. 2. Petr. Rebuff. leg. bonorum appellatio. vers. Et sic inferatur. ff. de verb. significacionib. Syluest. verbo usufructus §. quartus. Eman Saa. eodem. n. 5. Gutier. qq. pract. lib. 3. q. 43. n. 18. Anton Gomez. i. 2. cap. 15. n. 8. & alij.

17 Verum si usufructus constitutus sit contractu inter viuos nequaquam usufructuarius tenetur soluere debita constituentis, neque ob ea contineri potest; quia obligatio personalis non transit ad particularem succellorem rei vel debitoris, vt expresse probat Textus in leg. ad huc §. si operas ff. de usufructu. & colligitur ex leg. quodam §. si autem. ff. de edendo. leg. penult. Cod. de aditionib. & obligationib. Nam eo casu vt recte inquit Anton. Gomez. tom. 2. variar. cap. 15. num. 8. debet contineri proprietarius, vt eius heres, & eo non existente soluendo res tam in proprietate, quam in usufructu vendi debent, dummodo fuerint hypothecate: creditor; si autem hypothecate non fuerint sola proprietate venditur, nisi probetur fraus in debitoris alienante.

18 Quarto obligatur usufructuarius soluere collectas, tributa, & praestationes si qua sunt ex re soluenda. leg. usufructu legato. ff. de usufructu. leg. usufructuarius. ff. de damno infecto. Consonum enim natura est, vt qui sentit commodum rei, sentiat & illius onus, vt reg. qui sentio de Reg. in i. n. 6. Et reg. secundum naturam. ff. de Reg. iuris. Quod intelligendum est, nisi usufructus reddatur inuitis, nam eo casu credendum est proprietario eam obligationem referuari. Sicut aduertit Eman. Saa. verbo usufructus n. 3.

19 Quinta obligatio usufructuarij est, vt taliter re in usufructum accepta vtatur, vt ex illius vius saluam proprietario reddere finito usufructu possit. Vt constat ex definitione usufructus tradita. in leg. 1. ff. de usufructu. Quocirca si concessus fuerit usufructus gregij tenetur loco animalium demortuorum, totidem constituere. leg. vetus. ff. de usufructu. Et sanandum in h. de verbor. diuis. Et idem est si vinea, aut silu fuerit usufructus, debet loco arborum, aut vitium emortuorum totidem substituere, nisi forte ex aliquo infortunio absque culpa usufructuarij hac pereant. leg. arbores. ff. de usufructu. Aliter autem dicendum esset, si non greg, aut iuua, sed sigillatim tot animalia, tot arbores in usufructum fuerint concessa, quia eo casu emortuis animalibus, aut arboribus non tenetur usufructuarius alia subrogare, sed usufructus finitur. Sicuti hac ex communi notant Gregor. Lopez. leg. regia. 2. tit. 31. par. 3. Molina. de disp. 7. col. 1. Et 2. Lellius. lib. 2. cap. 3. dub. 4. n. 8. Eman Saa. verbo usufructus n. 2.

20 Ratione huius obligationis tenetur usufructuarius rem in usufructum acceptam diligenter conseruare ne sua culpa pereat, est enim illius administrator constitutus. leg. 1. ad finem. Et leg. 1. ff. usufructuarius. quemadmodum. causa. Vnde obligatur pro illius conseruatione sumptus moderatos facere, quique fuerint necessarii vt usufructum percipiat, & res pro eo tempore conseruetur. Quare si usufructus fuit constitutus in domo, tenetur ad illius congruam, & conseruam reparationem, non tamen obligatur excessiuos sumptus prestare, seu qui ad conseruationem perpetuam rei spectant, sed finitus usufructus eos poterit a proprietario exigere, vtpote in eius directè utilitate cedentes. Et idem est, si in defendenda re, & vindicanda ab alieno possessore aliquos sumptus fecerit, quia hi in utilitatem Domini cedunt. Vt colligitur ex leg. usufructu legato. leg. habentes. ff. de usufructu. Et leg. eum ad quem. Cod. eodem tit. & notat ibidem Glossa, Bart. & Doctores communiter teste Anton. Gomez. tom. 2. var. resolut. capitulo 15. n. 6. Et 7. Molina. disp. 7. post mod.

Neque his obstat Textus in leg. 1. Cod. de bonis maternis, quod scilicet patrem obligatum esse ex bonis aduentitijs filij quorum ipse habet usufructum omnes expensas licitam, quae vt inquit Bart. in dicta. leg. 3. Bald. num. 1. Et 1. Angel. col. 2. Conatus. n. 1. Gozadin. cons. 94. n. 37. Anton. Gomez. dicto. cap. 15. n. 7. ad finem. & alij. Pater est usufructuarius a lege constitutus, ideoque mirum non est, vt pro conseruatione rei sui filij omnes expensas teneatur prestare. Secus est in alijs fructuarijs conuentio alibus, seu ab homine factis qui solum moderatos sumptus, & non excedentes expendere tenentur. Adde non esse certum obligatum esse parentem ad plures sumptus quam quilibet alius fructuarius, quin potius rationi consonum est, vt minus grauetur, quandoquidem eius usufructus nobilior est, & excellentior. Neque dicta. leg. 1. Cod. de bonis maternis, contrarium probat, solum enim dicit obligatum esse sumptus ex fructibus facere. Quod intelligendum venit de sumptibus moderatis, iuxta dictam legem habentem. ff. de usufructu. Sicuti notat Molina. lib. 1. de primogen. cap. 27. num. 13. & pluribus exornat. Arias Pineda in d. leg. 1. par. 2. num. 68.

21 Item tenetur rei utilitatem, & commodum prospicere, sicuti ple proprietarius, quare si ab aliquo tercio inuaditur debet eius usurpacionem interpellare, & quoad poterit repellere, alias sibi

imputabitur. Vt habetur expresse. leg. 1. §. finali cum leg. sequenti. ff. usufructuarius quemadmodum. cauat. Item tenetur nouum opus in re factum nunciare, ne res usufructuaria deterior reddatur. leg. 1. §. fin. ff. de oper. noui nunciat. & notat Anton. Gom. d. cap. 15. n. 6. Et leg. 46. iauri. n. 24.

§. III.

De alienatione usufructus, & rei usufructuariae.

- 1. Potest proprietarius rem alienare inconsulto fructuario.
2. Exceptum filiusfamilias.
3. Fructuarius nec proprietatem, nec usufructum alienare valet, bene tamen commodatam, & utilitatem.

DE duplici persona controuersa esse potest qualiter rem usufructuaria, cuiusque usufructum alienare possint, primo de Domino proprietatis, secundo de usufructuario. Et quidem non posse proprietarium alienare usufructum manifestum est, cum non ipse, sed fructuario competat. At posse rem usufructuariaem etiam inconsulto usufructuario alienare docuit Glossa ab omnibus recepta. g. 2. Cod. de usufructu per Textum. ibi. leg. locum. vers. proprietarius. ff. de usufructu. leg. 3. §. si heres. ff. usufructuarius. quemadmodum. causa: Quocirca potest proprietarius rem usufructuariaem obligare, pignorate, vendere, aut alio modo alienare.

Ab hac Doctrina excipiendus est filiusfamilias qui nequit bona in qua patet habet usufructum absque parentis consensu alienare ex Textu expresse in leg. finali. §. filius. nunc Cod. de bonis qua liberis. & ibi Glossa, tum ob reuerentiam patris, ne ei aliquod prauidicium fiat. Tum quia ipse pater est bonorum filij administrator legitimus. leg. 1. Cod. de bonis maternis. Sicut ergo minor sine curatoris consensu non potest aliquid alienare, neque etiam filius poterit absque patris consensu, Quod adeo verum est, vt etiam iuramento veller filius alienationem confirmare nihil efficiat. argum. cap. quatuor pactum. de pactis. lib. 6. Et arbiter. quod obitine. C. d. de probacione b. Est enim illud iuramentum iniuriam vepote factum contra legem in fauorem parentum in uictam. Atque ita tenet Bald. in dicta. leg. fin. §. filius. n. tom. 8. ibi. Angel. Paul. de Castro, & Cornueus, quos refert, & sequitur Anton. Gomez. i. 1. var. ar. cap. 15. n. 9. Quinimo esto filiusfamilias ex aliquo contractu, aut quasi obligatus fuerit, sicuti obligari potest. iuxta leg. filiusfamilias. 2. ff. de aditionib. & obligationib. non obinde executio fieri poterit in proprietate bonorum aduentitiorum durante usufructu patris, quia per executionem alienatio inducitur, quae omnino filiofamilias interdicha est. Vt bene aduertit Anton. Gomez. d. i. ar. 15. num. 11.

Quoad usufructuariaum atinet non solum proprietatem, sed neque usufructum vendere, donare, aut alio modo alienare potest. Quod si id atinet eo ipso usufructum amittit, & proprietario cedit, vt expresse habetur leg. si usufructuarius. vers. est extraneo ff. de iure dotium. Et reg. gra. 25. tit. 31. par. 1. & consonat §. finitur. vers. non cedendo in h. de usufructu. Est enim usufructus ius personae inharens, ac proinde in alium transferri nequit, alias usufructuarius senex poterit ius suum in iuuenem subrogare in prauidicium proprietarii. Ex consensu tamen proprietarii optime potest hac fieri alienatio: eo casu nouus usufructus constituitur finito priore. Vt colligitur ex leg. usufructuarius. ff. Solutio matrimonij.

Verum esto usufructus alienari non possit, illius tamen commoditas, & utilitas optime potest. Vt colligitur ex leg. arboribus. vers. usufructuarius. ff. de usufructu. Et in iuramentis. de iure, & habitationib. in princip. vers. u. vlt. Sicut enim beneficarius potest laice fructus decimales vendere, legare, alioque contractu alienare, tamen ius percipiendi decimas alienare non possit, sic usufructuarius potest fructus vendere, donare, locare, tamen ius eos fructus nomine proprio percipiendi alienare non possit. Quare is in quem illi fructus transiit sunt non proprio nomine, sed nomine usufructuarij, & iure sibi ex translatione competente eos percipit, in quo ab usufructuario maxime differet qui nomine proprio, & ex iure, sibi competente fructus percipere valet. Quocirca cum per huiusmodi cessionem usufructuarius non expirat usufructus morte cessionarij, neque cessionarius consequetur vllam in re, aut in usufructu possessionem, neque vllam actionem habebit aduersus inuadentem, aut turbatorem, neque illi competit agere in iudicio pro re vel usufructu contentando, nec denique obligabitur ad eas satisfactiones ad quas usufructuarius obligatur. Vt bene de more resolut Anton. Gomez. d. tom. 2. var. cap. 15. num. 5. Molina. tom. 1. de iust. disp. 7. in fine.

§. IV.

Quibus modis usufructus finiatu?

- 1. Cessante vna fructuarij cessat usufructus.
2. Expenduntur alij modi, quibus usufructus finiatu.

SI usufructus ad tempus concessus sit, finito eo tempore usufructus cessat. Nunquam tamen illud tempus vitam fructuarij excedere potest, quia est ius personale quod cum persona resoluitur. Vt expresse colligitur ex leg. usufructum ff. de usufructu legato l. 1. Titio cum morietur ff. de usufructu. Quod si tibi legetur usufructus usque Titius pubertatem nactus fuerit, si interim moriatis perit usufructus. Si vero moriatur Titius ante pubertatem durat usufructus usque ad tempus quo pubertatem obtinisset, quia censetur tibi usufructus concessus illis annis, qui Titij pubertati desunt. Vt docuit Syluest. verbo usufructus. num. 1. Ad idem est si sit relictus donec Titius nupterit, vel aliud quod aliud opus fecerit, & antea moriatur, durat tibi usufructus interim dum vivis, quia toto tempore vite tue potuit Titius perfectare absque operis designati executione.

Verum si usufructus absolute concessus sit finitur. Primo cessione in illius in proprietarium. Secundo acquisitione proprietatis que consolidatio dicitur §. finitur in sit. de usufructu. Tertio non vlt, si duret tempore designato ad praefibendum. leg. corruptionem Cod. de usufructu. quod tempus est decennium inter praesentes, & vicennium inter abentes, vt constat ex dicto a leg. & tradit Syluest. d. verbo usufructus. num. 11. vers. quarto. Molina. 2. disp. 9. in princ. Lessius. lib. 3. cap. 4. dub. 5. n. 20. Quarto morte usufructuarij. leg. sicut §. finitur quibus modis usufructus amittatur §. finitur in sit. de usufructu & leg. regia 2 §. 11. 31. par. 3. Quod adeo verum est, vt etiam si velit usufructus institui quod transeat ad haeredes, non possit vltra primos transire, vt expresse habetur. ex leg. antiquitas Cod. de usufructu, & ibi Glossa, Bart. Bald. Angel. Salicet. quos refert, & sequitur Anton. Gomez. cap. 1 §. de de iuribus n. 18. Molina. disp. 9. statim in princ. Ille vero usufructus qui fuit filio existenti sub patria potestate relictus, illis in bonis in quibus pater habet administrationem, morte filij non perit, quia contemplatione patris censetur concessus: neque etiam perit morte patris viuentis filio; quia proprie filio competit, illi que est bonum aduentitium. Sicut nota Syluest. verbo usufructus n. 11. Eman. Saa. eodem n. 13. Anton. Gomez. leg. 48. Tauri n. 5. cum vero usufructus relinquatur ciuitati, Ecclesiae, monasterio, alterive pio loco non obinde censetur perpetuum, sed post centum annos finitur, quia hoc tempus vitae vnus hominis longissimae aequare censetur. leg. an usufructus ff. de usufructu & leg. si usufructus municipibus. ff. de usufructu legato & leg. regia paroli. iii. 31. par. 3. Et pluribus comprobatur ibi Gregor. Lopez. & Montaluo, Anton. Gomez. 2. 2. var. cap. 1 §. n. 18. Molina. dicta disp. 9. post princ. Syluest. & Saa. loc. alleg. Quinto perit usufructus, si pereat res in qua est constitutus, constat ex §. finitur vers. eo amplius in sit. de usufructu & leg. 1. & seq. ff. quibus modis usufructus amittatur. Sexto perit per maximam, aut mediam capitis diminutionem leg. corruptionem Cod. de usufructu & §. finitur in sit. de usufructu. Quod qua ratione contingat, & an in regno Castellae locum habeat late explicui. tract. 2. de fide. disp. 5. par. 11. Septimo referunt aliqui perire usufructum religionis professione, quod qualiter verum sit resolui. tract. 106. de statu religioso disp. 3. par. 4. §. 1.

PUNCTVM XXIV.

De natura, & efficacia possessionis,

Possessio ad obiectum iustitiae non leuiter conducit vt pote que ius, & dominium quod est illius obiectum compleat, & perficiat, ideoque in praefata eius natura inuestiganda est.

§. I.

Quid sit possessio, & quotuplex?

- 1 Quid sit possessio?
- 2 Eit duplex naturalis, & ciuili.
- 3 Qualiter ciuili possessio inducatur?
- 4 Duplitem possidere potes per te, vel per alium
- 5 Comparari possessio potest ex pluribus titulis.
- 6 A pluribus eadem possessio, & circa eandem rem nequit in solidum haberi.
- 7 Incerta rei nulla est possessio.
- 8 Examinatur, an uterque tradens, & accipiens debeant incerti esse rei possidenda.

Superius par. 5. definitimus possessionem esse retentionem veram, vel fictam rei corporalis corpore, & animo, iurisque adminiculo, ibique singulas particulas explicuimus: at si bene pendatur haec definitio non est definitio possessionis, sed actus quo possessio comparatur Quippe ex retentione vera, vel ficta rei non prohibita possidendi animo eam vt propriam habendi nascitur possessio.

Haec duplex est naturalis alia ciuili. Vt colligitur ex leg. clam. possidere §. 1. in ad nundinas ff. de acquirenda possess. leg. naturaliter leg. si in, quod §. fin. eodem tit. leg. 1. §. accipitur ff. de vi &

vi armata leg. 3 §. fin. vers. sciendum ff. ad exhibendum, & aliis. Naturalis namque possessio est quae ex corporali apprehensione, & detentione rei nascitur, & haec iusta, & iniusta esse potest, ideoque possessio facti non iuris appellatur. Ciuilis vero provenit ex iustitia rei tantum proprie, secundum ordinem. Aliquando haec possessiones separantur, aliquando coniunguntur. Si enim discedas a re quam possides, & interim alius occupet animo eam vt propriam habendi, separatur tibi possessio naturalis a ciuili. Vt habetur. leg. clam. possidere §. qui ad nundinas ff. de acquirenda possess. nam possessionem naturalem occupatio comparauit, tu vero tantum ciuilem retines. Quod si postmodum rediens deiciat illum a detentione rei & naturalem, & ciuilem possessionem habebis. Si vero non audeas eum a possessione comparata expellere, vel postquam id tentasti non fuisti interuentum consecutus, alter tamen iniuste & naturalem, & ciuilem possessionem comparabit. Vt constat ex dicta leg. clam. possidere, & pluribus comprobatur Anton. Gomez. leg. 47. Tauri n. 19. Molina. tract. 2. de iust. disp. 12. circa medium. Lessius. lib. 2. cap. 3. dub. 9. & 10. & alij passim.

Ciuilis vero possessio nunquam inducitur absque naturali, non tamen sufficit velle rem vt propriam habere, nisi corpore eam apprehenderit, at optime potest absque naturali contenta sola voluntate, & animo rei possessae insistenti, vt constat ex leg. 3 §. n. amittenda ff. de iur. iur. §. differencia ff. de acquirenda possess. Ex specialibus autem constitutionibus aliquorum reprobatur possessio tam ciuili quam naturalis inducitur absque vlla reali, vel ficta apprehensione, quum nullo absque vno animo possidendi, sed sola, & efficacia legis sic disponerit. Vt in Gallia, & Gallia dispositum est quoad hereditatem defuncti, & in Castella quoad fideicommissa, & maioratus. quam possessionem appellant Doctores ciuili firmam.

Duplitem possidere potes per te, vel per alium. Per te ipsam possides, si rem cuius habes dominium apud te retines, per alium vero, si ab alio nomine tuo retineatur. Vt reuocatur commodatario, pignoratario, depositario, qui rei retinet nullam etiam naturalem possessionem habent, sed omnis possessio est apud illum a quo commodatum, pignus & depositum acciperent. Feudatarius vero, emphyteuta, & usufructuarius possessionem, seu quasi possessionem habent feudum, emphyteutis, & usufructu quoad vlti dominium, at quoad rem ipsam in feudum, emphyteutis, seu usufructum datam non ipsi, sed proprietarius retinet possessionem, quia eius nomine possidet.

Praeterea comparari possessio potest ex pluribus titulis, & causis, modo ipsi tituli, & causae ad rem ante dominium plene questum. Vt habetur leg. 3 §. ex pluribus ff. de acquirenda possess. & ibi Bart. quia postea interest dominium pluribus titulis firmari. At si causae vel tituli dominio iam acquisito superueniant, nullius erunt vtilitatis, cum causae, & tituli possessionis ad plenum, & perfectum dominium referantur. Ex empto res erit manifestata. Emisti rem a Titio qui non erat illius Dominus, & virtute emptionis illius possessionem accepisti, poteris ex emptione veli Dominum rem iterum possidere, quia per primam emptionem, & possessionem tibi dominium non est questum. Secus esse si post primam emptionem, & possessionem rem praecipuas, quia eo casu secunda venditio, & possessio iniuris esset, vtote que superuenit dominio iam questito Argum. leg. cum res Cod. de contrah. empt. Quandoque tamen contingit ex legitima causa acquisitionem dominium, & possessionem noua causa interueniente mutari, eo quod eius initium antiquius fuerit. Etiam si tibi fundus legatus fuerit sub aliqua conditione & interim ab haerede fundum emas, illiusque possessionem accipias si postmodum purificatur conditio, incipis dominium, & possessionem ex titulo emptionis habuisti, titulo legati vtote nobilitati & reuocati retinere, iuxta leg. fundo legato ff. Ad leg. Falcidianam, & tradit ibi Bart. Paul. Immola, Alexand. & alij quos refert, & sequitur Anton. Gomez. leg. 45. Tauri numer. 68.

A pluribus autem eadem possessio & circa eandem rem nequit in solidum haberi, quia pariter effectus impossibiles, & repugantes. Vt expresse decidit lex 3 §. ex contrario ff. de acquirenda possess. l. x. si vt cerio §. si duobus rebus ff. de m. d. leg. 1. An in solidum ff. de precario Secus essent si possessiones essent realiter distinctae. Quia ratione super eandem rem proprietarius habet possessionem ciuilem, & usufructuarius naturalem iuxta. leg. naturaliter ff. de acquirenda possess. Et idem est de feudatario, emphyteuta, vitatario, superficario, colono, & inquilino, qui censentur naturaliter possidere eam rem Dominus ciuiliiter possidet. Sicut pluribus comprobatur Anton. Gomez. supra n. 67.

Sine autem a pluribus, siue ab vno possessio habeatur, rem certam respicere debet. Incerta namque rei nec corpore, nec animo quis insistere potest. Vt decidit. lex 3 §. incertam ff. de acquirenda possessio. Quod verum habet, tamen certum oculo esse ex parte quorae, dum modo incertitudo sit ex parte loci, vt causa quartam partem bonorum Titij existentium in aliquo ex locis praedictis, nullam illorum bonorum comparate possessionem esse potest, quia absolute illa bona possidenda incerta sunt, & incerta vt possunt animo, & corpore possideri. Vt probatur supra n. 67.